

**337 AI RELIGIOSI (12)**  
**Vetralla, 12 marzo 1753.**

*Notifica la sua rielezione a Preposito Generale e li esorta all'esercizio delle virtù.*

PAULUS A CRUCE

Congregationis Clericorum Excalceatorum sub Dominicae Passionis vexillo militantium  
Praepositus Generalis

Dilectissimis Fratribus Recessus... in Christo Filiis carissimis salutem in Domino.

Cum a Generali Capitulo in Sancti Archangeli Michaelis Recessu iuxta Regularum praescriptum canonicè congregato, nullis licet nostris suffragantibus meritis, ad supremum regimen nascentis huius Congregationis, specialissimo Dominicae Passionis titulo insignitae, Divina disponente Providentia, iterum evecti fuerimus, Nos de nostra trepidantes infirmitate, totaque nostra spe in Domino costanter defixa et in potentia virtutis eius, in quo omnia possumus [cf Fil 4, 13], confortati, ad sarcinam tanti oneris humeros subiicimus, nostrasque debilitatas vires, ad maiorem Dei gloriam et Congregationis profectum, gravissimo huic muneri, libenter tandem, Dei cognita voluntate, devovimus.

Quapropter omnibus vobis nostrae Congregationis asseclis, dilectissimis Fratribus in Christo Filiis carissimis: vobis caractere sacerdotali insignitis, vobis clericali militiae adscriptis, vobis in laicorum statu vitam degentibus hanc electionem nostram nunciamus, *obsecrantes vos ex animo per charitatem Spiritus Sancti, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes*[2 Tm 2,1] ad Deum pro nobis *fideliter adiuvantes nos in orationibus vestris*[Rm 15,30] ut sicut de animabus vestris curae nostrae specialiter commissis, stricte rationem erimus reddituri supremo Pastorum Principi Christo Domino qui sanguinem ovium suarum *de Pastorum manibus requirit*,[Ez 34,10] ita ea, qua decet sanctitate, prudentia ac vigilantia tanto possimus officio fungi, ne ulla huiusce pusilli gregis ovis nostra depereat, sive incaeptus decidat observantiae vigor, vel in aliquo Religiosorum fervor tepescat, imo, et quod magni momenti est, ne culpa nostra, ut satis mereri cognoscimus, nostrae Congregationis tantum opus destruat.

Et ideo *sine intermissione orate*[cf 1 Ts 5, 17] in uno spiritu unanimiter[cf At 1, 14] debemus, carissimi, ut *Deus Optimus Maximus ostendat in saeculis supervenientibus divitias Gratiae suae in bonitate super nos*[Ef 2,7], hanc nimis teneram in suis cunabulis Congregationem per Sedem Apostolicam ad solemnitatem votorum sublimando, ut sic per cunctas universi orbis plagas propagari possit et in Ecclesia Catholica tandem aliquando iuxta desiderium nostrum firmiter consolidata stet inexpugnabiliter pro muro Dei ad inimicos Crucis Christi conterendos et nos omnes tamquam veri in Dominica Vineae Operarii inconfusibiles, inundantia populorum vitia eradicare, divinoque succensi amore in fidelium cordibus nimis oblivioni demandatam Dominicae Passionis devotionem imprimere valeamus.

At vero quia nos undique hac in nostra iam ingravescente aetate, mala multa perturbant, *foris pugnae, intus timores* [2 Cor 7,5] ideo *ne tristitiam habeamus super tristitiam*[Fil 2, 27] et sub tanti muneris iugo ingemiscere coarctemur, vos iterum atque iterum in Domino rogamus, dilectissimi, ut iuxta Institutum nostrum non declinando *neque ad dexteram, neque ad sinistram* [Dt 17, 11], sed vestrae perfectionis iter recto tramite peragentes, levare nobis muneris sarcinam studeatis vel, ut ait Apostolus, quia *alter alterius onera portare*[Gal 6, 2] debemus, ita et vos hoc onus nostrum pari studio, et ex corde portare laboretis. Vos autem una nobiscum feretis gravem hanc sarcinam, si Nos instar vigilantis Pastoris nostris onerosis obligationibus satisfacere volentes, ubi sollicitudinem nostram impenderimus, vos debitum

promptissimae obedientiae obsequium verumque humilitatis studium afferatis. *Pertinet enim ad nos cura, ad vos obedientia, ut divi Augustini loquamur verbis, ad nos vigilantia pastoris, ad vos humilitas gregis.* Quod cum nobis, sexennio elapso hoc idem munus licet indigne gerentibus, abunde praestiteritis, id certe multo magis, nostris senescentibus annis, propter eximiam quam in vobis adnotavimus virtutem, praestare non dedignabitur.

Quae cum ita se habeant, in Christo dilectissimi Fratres, volumus nunc vobis internos nostri animi sensus pandere, eo quod, quamvis Nos ad gradum Supremi Congregationis Praesidis iterum ascendisse videamur, tamen non ut Praepositum vel superiorem, sed ut omnium vestrum addictissimum servum existimemus Nos esse, *non ministrari sed ministrare*[Mt 20, 28] quaerentes. Verumtamen quia vos estis *gaudium nostrum et corona nostra* [cf Fil 4, 1] et *habeamus vos in corde*[Fil 1, 7] defixos, fatemur, ut nostros in Christo carissimos et amantissimos filios, paterno sinceritatis affectu diligere et *in visceribus Iesu Christi omnes vos ita cupere*[Fil 1, 8] ut nimio in vos affecti amore, nunc *absentes quidem corpore, praesentes autem spiritu*[1 Cor 5, 3], super omnes et singulos, tam sacerdotes, quam clericos, laicosque brachia nostra proiicientes in arctissimo Charitatis vinculo paterne amplectimur, ex abundantia cordis sincere testantes, quod semper parati ad vestrarum animarum profectum augendum, nullis etiam arduis parcemus laboribus, imo, et quia *Charitas Christi urget nos*[2 Cor 5, 14], quatenus opus esset, Divina adspirante Gratia, ut bonus Pastor, et pro vobis ovibus nostris animam ponere non pertimescimus [cf Gv 10, 11.15]. Quapropter, Filii in Christo carissimi, tamquam ad benevolum Patrem in his, quae opus habetis sive spiritualibus sive corporalibus necessitatibus filiali confidentia ad nos accedite. In hoc quod vehementer optamus, fideles sincerosque huiusce Congregationis dignoscemus filios, Nosque debita sollicitudine, atque eo quo possumus meliori modo in omnibus et iuvare et solamen afferre totis viribus curabimus.

De caetero, *dilectissimi et desideratissimi filii* [Fil 4, 1], *obsecramus vos omnes in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis* [Ef 4, 1]. *Induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam* [Col 3, 12]. *Charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes*[Rm 12, 10], *supportantes invicem in uno spiritu unanimes in vinculo pacis* [Ef 4, 2-3], *nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes* [Fil 2, 3]; *ita autem, ut super omnia haec charitatem habeatis quod est vinculum perfectionis*[Col 3, 14], ad quam enixe debet quisque vestrum contendere, ut iuxta promissa vota illam attingat.

*In simplicitate igitur cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo* [Fil 6, 5-6], *obedite Praepositis vestris et subiaceate eis. Hoc enim iustum est. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes* [Eb 13, 17], adeoque illos, quia Deum spernit, nemo spernere praesumat [cf Lc 10, 16] et attente potius, ut par est, debitaque animi docilitate illos audiat, nam non hominem, sed per hominem Deum, fide Scripturarum, quisque audire gloriatur.

Interim vero, nolite, Patres, forte per imprudentiam vestram, *ad indignationem provocare filios vestros in Christo, ut non pusillo animo fiant* [Col 3, 21]; et de vobis diffidentes, internis vexati angustiis, cordium arcana non detegentes in malorum seriem deveniant irreparabilem.

Quadpropter, *dilectissimi nobis in Christo filii carissimi, rogamus vos et obsecramus in Domino Iesu Christo ut quemadmodum per Constitutiones et Regulas accepistis a Nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere Deo, sic et ambuletis* [Ts 4, 1]; et quoniam segregati ab omnibus in Castris Domini sub invictissimo salutiferae Passionis vexillo, singularissimo Dei beneficio, militare instituistis, et fidem servare et cursum vestrum consummare [cf 2 Tim 4, 7], fortissimi animi alacritate intendite, ut tandem aliquando post multas superatas tribulationes, immarcescibilem iustitiae coronam, quae vobis reposita est a iusto Iudice, percipere valeatis.

Carissimi nostri, *de hoc semper in cunctis orationibus nostris pro omnibus vobis deprecationem facimus, confidentes hoc ipsum, quod qui coepit opus bonum et ipse perficiet* [Fil 1, 6], ita ut et pusillus Grex Congregationis nostrae augeatur et vos in charitate non ficta radicati et fundati [Ef 3, 17], Christi gratissimus *bonus odor facti* [2 Cor 2, 15], supernae vocationis bravium comprehendere, Iesum et hunc Crucifixum Christianorum Infideliumque populis possitis ferventissime praedicare. Adsit Deus his votis nostris quae coram illo in spiritu humilitatis incessanter effundimus, quaeque vos etiam, ut Nobiscum continenter effundatis, enixe rogamus.

Eia tandem, cum formidabili extremi diei momento, rationem villicationis nostrae quaesiturus adveniet coelestis Paterfamilias ille, qui hanc nostrae Congregationis vineam in agro Ecclesiae suae, varietate circumdatae, nuper plantatam voluit, curaeque nostrae tradidit custodiendam, o utinam respondere possimus, non perdidisse Nos quemquam, nec ullam ex iis plantis, quae sicut *oliva fructifera in domo Dei esse debent et sicut palma florescere* [Sal 51, 10; 91, 13], culpa nostra periisse, nisi forte quae sollicitam culturam nostram per summam proterviam reluctans dignos poenitentiae et perfectionis fructus facere recusaverit. Igitur, carissimi, *nolite deficere beneficientes* [2 Ts 3, 13], sed *cum metu et tremore salutem vestram operamini* [Fil 2, 12], *satagentes magis ut per opera vestra bona certam vocationem et electionem faciatis* [2 Pt 1, 10]. Itaque *induimini Dominum nostrum Iesum Christum* [Rm 13, 14], qui *exemplum dedit nobis, ut quemadmodum ipse fecit, ita et nos faciamus* [Gv 13, 15].

Sine intermissione et pro Nobis et pro Congregatione nostra orate, nam tandem dum Nos in Sacratio dulcissimi Christi Iesu aperti Lateris, eiusque et nostrae amantissimae Matris Mariae dolorosissimo Corde vos omnes reponimus custodiendos, castissimo paterni amoris affectu precamur, ut *ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia* [1Ts 5, 23] *et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu* [Fil 4, 7].

Fiat fiat. Ut hasce nostras litteras attente legatis in Domino hortamur, quas in testimonium amoris nostri in vos manu nostra subscriptas damus, nostraeque Congregationis sigillo munitas.

Datum ex hac Domo nostra solitaria S. Michaelis Archangeli, Territorii Vetrallensis die 12 Martii 1753.

Paulus a Cruce, Praep.

Petrus M. a Plagis Iesu, Secretarius.

AI RELIGIOSI. 12/A;

*Traduzione italiana della notifica della sua rielezione a Preposito Generale, in cui esorta i religiosi all'esercizio delle virtù*

Paolo della Croce, Preposito Generale della Congregazione dei  
Chierici Scalzi militanti sotto il vessillo della Passione del  
Signore ai diletteissimi Fratelli del ritiro ... figli in  
Cristo carissimi, salute nel Signore.

Essendo stati nuovamente eletti, senza alcun nostro merito, dal capitolo generale, canonicamente riunitosi nel ritiro di S. Michele Arcangelo a norma delle nostre Regole, al supremo governo di questa nascente congregazione, insignita dello specialissimo titolo della Passione del Signore, così disponendo la

divina provvidenza; noi, trepidando per la nostra debolezza, tenendo fissa costantemente la nostra fiducia nel Signore e resi forti nella potenza della sua forza (e in Lui tutto possiamo), sottoponiamo le spalle e le nostre deboli forze a carico di tanto peso e, riconosciuta la volontà di Dio, dedichiamo volentieri le nostre deboli forze a questo gravissimo ufficio, per aver riconosciuta la divina volontà.

Perciò a tutti voi, membri della nostra congregazione, a voi diletteissimi Fratelli e figli in Cristo carissimi, a voi insigniti del carattere sacerdotale, a voi ascritti alla milizia clericale, e a voi che vivete nello stato laicale comunichiamo questa nostra elezione, *supplicandovi di cuore, per la carità dello Spirito Santo, che si facciano domande suppliche e preghiere* a Dio per noi, *aiutandoci fedelmente nelle vostre orazioni* di modo che, come dobbiamo rendere stretto conto di voi al supremo Cristo Signore principe dei pastori, *che ci richiederà ragione del sangue delle sue pecorelle*, così possiamo adempiere il nostro ufficio con quella santità, prudenza e vigilanza, che si richiede, perché nessuna pecorella di questo gregge perisca, né venga meno il rigore iniziale dell'osservanza, o si raffreddi il fervore in alcun religioso; anzi, ed è quel che più importa, perché per nostra colpa, come ben conosciamo di meritare, non vada distrutta la grande opera della congregazione.

E quindi, o carissimi, dobbiamo *pregare ininterrottamente*, uniti in un solo spirito, perché Dio ottimo massimo, mostri nei tempi futuri le ricchezze della sua grazia mediante la sua bontà su di noi, innalzando con l'autorità della Sede Apostolica questa congregazione, troppo debole al suo inizio all'obbligo solenne dei voti, affinché possa così propagarsi per tutte le regioni dell'universo, e secondo il nostro desiderio elevarsi alla fine fermamente consolidata come muro inespugnabile di Dio, per distruggere i nemici della croce di Cristo, e noi tutti, come operai inconfondibili nella vigna del Signore, possiamo sradicare i dilaganti vizi dei popoli, e accesi del divino amore possiamo imprimere nei cuori dei fedeli la devozione alla Passione del Signore, troppo dimenticata.

Siccome però in questa nostra età, che sta diventando pesante, ci circondano da ogni parte e ci turbano molti mali, *fuori battaglie, dentro timori*, perciò, *per non aver tristezza sopra tristezza*, e non essere costretti a gemere sotto il peso di sì grande ufficio, vi preghiamo e scongiuriamo, diletteissimi, affinché studiate a rendere leggero il peso della nostra soma, camminando secondo il nostro Istituto, *senza deviare a destra né a sinistra*, ma seguendo il retto cammino della vostra perfezione; come dice l'Apostolo, dato che dobbiamo *portare gli uni i pesi degli altri*, così anche voi vi sforziate di portare questo nostro peso con pari impegno e di buon cuore. Voi porterete insieme a noi questa grave soma, se, volendo noi soddisfare agli obblighi pressanti, come vigilanti pastori, col mostrare tutto il nostro zelo, voi mostriate la dovuta sottomissione di una prontissima obbedienza e il vero amore dell'umiltà. *Infatti, a noi appartiene la cura, a voi l'obbedienza*, per dirla con S. Agostino, *a noi la vigilanza del pastore, a voi la docilità del gregge*.

E siccome voi avete dato codesta collaborazione durante lo scorso sessennio, mentre noi indegnamente ricoprivamo il medesimo incarico: sicuramente non disdegnarete di offrire la stessa collaborazione in maniera abbondante e ancor più per le splendide virtù che noi abbiamo ravvisato in voi, dato l'aggravarsi della nostra età. Stando così le cose, Fratelli diletteissimi in Cristo, vogliamo ora aprirvi gli intimi sentimenti dell'animo nostro, in quanto, pur sembrando, che noi siamo di nuovo saliti al grado di supremo preside della congregazione, tuttavia non ci stimiamo Preposito o Superiore, ma servo di voi tutti devotissimo, cercando *non di essere servito, ma di servirvi*.

Peraltro, siccome *voi siete la nostra gioia e la nostra corona, e vi abbiamo fissi nel cuore*, confessiamo di amarvi come nostri figli in Cristo carissimi, con sincero affetto paterno, e di amarvi tanto, nel cuore sacratissimo di Gesù Cristo, che presi da tanto amore per voi, ora assenti bensì col corpo, ma presenti in ispirito, abbracciandovi tutti e singoli, sia sacerdoti, sia chierici, sia Fratelli, in strettissimo vincolo di carità, paternamente vi stringiamo al cuore, attestandovi con tutto il nostro affetto sinceramente, di essere

sempre disposti ad accrescere il progresso delle anime vostre, e di non risparmiarci nessuna fatica, anche la più ardua, perché la carità di Cristo ci sospinge, non temiamo di dare, coll'aiuto di Dio, la nostra vita come buon pastore, per voi nostre pecorelle, finché ce n'è bisogno.

Perciò, carissimi figli in Cristo, ricorrete con filiale confidenza a noi, come a benevolo padre, in tutto ciò che avete di bisogno, sia per lo spirito, sia per il corpo. In questo, come ardentemente desideriamo vi conosceremo sinceri e fedeli figli di questa nostra congregazione; e noi con la dovuta sollecitudine e nel migliore dei modi che potremo, cercheremo di aiutarvi in tutto, e darvi sollievo con tutte le nostre forze. Del resto, *dilettissimi e desideratissimi figli, vi scongiuriamo tutti nel Signore a camminare degnamente nella vocazione a cui siete stati chiamati. Rivestitevi come eletti di Dio santi e dilette, di un interno di misericordia, di benignità, di umiltà, di modestia, di pazienza, amandovi scambievolmente con carità fraterna, prevenendovi l'un l'altro nell'onorarvi, sopportandovi vicendevolmente in un solo spirito, unanimi nel vincolo della pace, niente ricercando per contese né per vanagloria, ma ritenendovi gli uni superiori agli altri nell'umiltà, in modo però che soprattutto abbiate la carità, che è il vincolo della perfezione*, alla quale ognuno di voi deve sforzarsi di tendere per conseguirla, secondo i voti promessi.

*Obbedite, dunque, a coloro che vi presiedono, e siate soggetti ad essi nella semplicità del vostro cuore, come a Cristo, non per esser visti, quasi per compiacere agli uomini, ma come servi di Cristo, facendo di cuore la volontà di Dio. Ciò infatti è giusto, perché essi vigilano attentamente, dovendo render conto delle anime vostre, sicché, facciano ciò con gioia, e non gemendo; e perciò nessuno osi disprezzarli, perché disprezza Dio, ma piuttosto li ascolti attentamente, come è giusto, e con la dovuta docilità dell'animo, infatti ognuno si glori di udire non l'uomo, ma Dio mediante l'uomo, come ne fanno fede le Scritture. Intanto, però, non vogliate, Padri, per caso con la vostra imprudenza provocare all'indignazione i vostri figli in Cristo, perché essi non si avviltano, e diffidando di voi, interiormente turbati, non manifestando i segreti del cuore, vadano a finire in una serie di mali irreparabili.*

Perciò, *dilettissimi figli in Cristo a noi carissimi, vi preghiamo e scongiuriamo nel Signore nostro Gesù Cristo, a camminare per mezzo delle Regole e Costituzioni, nel modo che avete da noi appreso come si deve camminare e piacere a Dio; e poiché, per singolarissimo beneficio di Dio, avete cominciato a combattere, segregati da tutto, negli accampamenti del Signore, sotto l'invittissimo vessillo della salutare Passione, così impegnatevi, conservate la fedeltà, portate a termine la vostra corsa, con fortissima alacrità d'animo, per poter conseguire finalmente, superate molte tribolazioni, l'immarcescibile corona di giustizia, riservatavi dal Giusto Giudice.*

Carissimi figli nostri, *di questo supplichiamo sempre il Signore in tutte le nostre preghiere per tutti voi, confidando che chi ha cominciato l'opera di bene, egli stesso la porterà a termine; così che anche il piccolo gregge della nostra congregazione cresca, e voi, ben radicati nella carità non finta, diventiate il buon odore di Cristo e possiate conseguire il premio della vostra divina vocazione e predicare con sommo fervore ai popoli cristiani e agli infedeli Gesù Cristo crocifisso. Accolga Dio questi nostri voti, che incessantemente eleviamo a Lui in spirito di umiltà, e che scongiuriamo anche voi di effondere continuamente con noi. Bene dunque. Finalmente quando nel tremendo momento dell'ultimo giorno, quel celeste Padre di famiglia, che piantò recentemente nel campo della Chiesa, rivestita di varietà, questa vigna della nostra congregazione e la dette in consegna alla nostra cura e custodia, verrà per chiederci conto della nostra giornata lavorativa, potessimo allora rispondere di non aver perduto nessuno; e non sia perita, per colpa nostra, nessuna di quelle piante, che devono essere come *olivi fruttiferi nella casa di Dio, e fiorire come palme*; tranne quella che riluttando per caso protervamente alla nostra sollecita cura, ricusò di produrre degni frutti di penitenza o di perfezione.*

Dunque, carissimi, *non vogliate stancarvi dal fare il bene, ma con timore e tremore operate la vostra salvezza, sforzandovi sempre più di realizzare la vostra vocazione ed elezione mediante le vostre buone opere. Rivestitevi, dunque, del Signore nostro Gesù Cristo, che ci ha dato l'esempio; perché, come Egli ha fatto, così facciamo anche noi.* Pregate incessantemente per noi e per la nostra Congregazione, perché finalmente, mentre noi riponiamo tutti voi, per essere custoditi, nel sacrario del dolcissimo costato aperto di Gesù Cristo, e nel cuore della sua e nostra santissima Madre, con castissimo affetto di amore paterno preghiamo, *che il Dio della pace vi santifichi in tutto; e la pace di Dio, che supera ogni intelligenza, custodisca i vostri cuori e le vostre menti in Cristo Gesù.*

*Fiat! Fiat!* Vi esortiamo nel Signore a leggere attentamente questa nostra lettera, che vi mandiamo in testimonianza del nostro amore per voi, firmata di mano nostra e munita del sigillo della nostra Congregazione.

Dal nostro sacro ritiro di S. Michele Arcangelo, in Vetralla, a dì 12 marzo 1753

Paolo della Croce, Preposito  
Pietro Maria delle Piaghe di Gesù, Segretario